

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

[Quomodo accipiendum sit illud, Dixit Deus, an sono vocis id Deus dixerit,  
an aliter. G]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Cur Sol factus est, si lux illa sufficiebat.*

F

Solet autem quæri, quare factus est Sol, si lux illa ad faciendum diē sufficiebat? Ad quod dici potest, quoniam lux illa forte superiores partes illuminabat, & ad illuminationem inferiorum Solem fieri oportebat. Vēl potius ideo, quia factus Sole diei fulgor auct<sup>9</sup> est. Ampliori n. multo luce raduit dies postea, quam ante. Si autem quæritur, quid de luce illa factum sit, cum modo nō apparet? Potest dici, aut de ea corp<sup>9</sup> Solis formatum, aut in ea parte cœli esse, in qua Sol est: non quod ipsa sit Sol, sed sicut ei unita ut discerni non valeat.

*Quomodo accipiendum sit illud, Dixit Deus, an sono  
vocis id Deus dixerit, an aliter.*

G

Præterea inuestigandum est, quomodo accipiendum sit quod ait: *Dixit Deus, vtrum tempora- Lib 1. cap. 12.  
raliter, vel sono vocis illud dixerit, an alio modo? in princip.  
Aug. super Gen. tradit, nec temporaliter, nec sono tom 3.  
vocis Deum locutum fuisse, quia si tempora-  
liter, & mutabiliter. Etsi corporaliter dicatur sonus vox Dei, nec lingua erat qua loquere-  
tur, nec erat quem oportet audire & intelligere.  
Bene ergo vox Dei ad naturam verbi, per quod Cap. 4. in  
omnia facta sunt, refertur. Dixit ergo Deus fiat, princip.e-  
&c non temporaliter, non sono vocis, sed in ver- iusdem lib.  
bo sibi coetero, i. verbū genuit int̄ernaliter in 1. de Gen.  
quo erat: & disposuit ab æterno, vt fieret in tem- ad literam.  
pore: & in eo factum est.*

*Quomodo accipiendum sit, quod dicitur pater operari in fi-  
lio, vel per filium, vel in spiritu sancto.*

H

Hic quæri solet, quomodo accip̄endum sit, quod dicitur pater operari in filio, vel per filium, vel in spiritu sancto. Hæc enim scriptura frequenter nobis proponit: *vt, Omnia in sapientia fecisti Domi-  
ne, id est, in filio, creauit Deus cœlum & terram. Et  
illud, Per quē fecit & secula. Super illū quoq; Psal- Aug. concio.  
mi locum: Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. di- ne 2. ad ver-  
cit Aug.*